entur. Confundantur omnes iniqua
agentes supervacue. Vias tuas domi
ne demonstra michi et semitas tuas edoce
me. Dirige me in veritate tua quia tu
es deus salvator meus et te sustinui tota die.
Reminiscere miserationum tuarum domine
et misericordiarum tuarum que a seculo sunt. De
licta iuventutis mee et ignorantias meas
ne memineris. Secundum misericordiam tuam me
mento mei tu propter bonitatem tuam do
mine. Dulcis et rectus dominus propter hoc
legem dabit delinquentibus in via. Diri
get mansuetos in iudicio docebit mites vias
suas. Universe vie domini misericordia et veri
tas requirentibus testamentum eius et testimonia
eius. Propter nomen tuum propitiaber
is peccato meo multum est enim. Quis est
homo qui timet dominum legem statuit ei in
via quam elegit. Anima eius in bonis demo
rabitur et semen eius hereditabit terram. Fir

License: cc-by-nc – Melbourne, The University of Melbourne Library, SpC/RB 60B/10, SpC60b10recto – Psalter
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-2p3w/3985/41613)